



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annotationes Ioannis Bugenhagij Pomerani in decem
epistolas Pauli**

Bugenhagen, Johannes

Basileae, 1524

VD16 B 9232

Capvt X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36165

ANNOT. IOANNIS POMERANI

Nam si sanguis taurorum.

Numeri 19. ubi quoq; legis expiationem carnalem,
ab immunditia mere carnali: sicut alibi expiationem
persanguinem hircorum & uitulorum, &c.

Siquidem ubi testamentum est.

De testamento clarum est, quod in morte testatoris
confirmatur, illic morte brutorū confirmabatur. Ve-
tus & carnale, uerum æternū esse non potuit, ut no-
num, quo condito mortuus est testator, qui sanguine
suo hoc confirmauit, &c. Itē Exo. 24. sanguine hirco-
rum & uitulorū expiatur lex & populus legis.

Et quatenus illud manet
omnes homines.

Similitudine ostendit, Christi morte expiare inde-
xenter credentes usq; ad iudiciū. Primo uenit ad nos
cū peccatis nostris quæ portauit: secundo ueniet absq;
peccato in gloria omnibus qui diligunt aduentū eius.

C A P V T X.

Nā lex umbrā obtinēs futurorū.

I Mperfectionem legis declarat, ut supra, quando
umbrat tantum erat futurarum rerum, nō ipse res-
torām uidebantur.

Propterea quod nullam
iam habuissent.

Ergo iam Christiani nullam habent conscientiam peccatorum? Verè sic est, sed beatus qui intelligit. Iustificati per fidem pacem habemus, ait Paulus, qui semper gratiam & pacem coniungit in suis epistolis. Multum est scire, quod nostra merita & iustitiae nos non salvant, sed quando sciemus tandem, quod nostra peccata nos non damnant? Hæc esset, & est Christiana libertas libertas conscientiarum, quam impossibile est ut norint, qui ex hac prædicatione apud se met ipsos concludunt, quod iam libere peccare possint: id quod nō ex his inferrent in contumeliam liberatoris Christi, si uel micans haberent fidei, imò obstupeficerent præ admiratione ad tantam benigni patris in filios, id est credentes, liberalitatem & amorem. Non ignorant Christiani, si in se respiciunt, se esse peccatores & damnatos: suam enim nullam habent in se iustitiam, sed fide respiciunt in Christum, qui factus est nobis à deo iustitia, sapientia, sanctificatio, satisfactio, &c. Hic euangeliscunt omnia peccata, etiam ab ipsa hominis conscientia, modò fides recta sit, quæ Christi iustitiam imperfectam iudicare non potest. Hic omnia sunt possibilia credenti. Nihil ergo nūc damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant, qui semper ex fide desyderantes dicunt: Pater dimitte nobis debita nostra, &c. Iustitiae uero operum hanc libertatem nunquam consequi possunt, ut aliás diximus. Hic facias

fridri

J. Frider.

Opus

ANNOT. IOANNIS POMERANI

mus uoluntatē dei, credentes in eum, quem ille misit,
ut hic ex psalmo 39. ostendit. Quia uoluntate solas an-
tificamur per satisfactionem corporis Christi semel
oblati, & sanctificamur in æternum, ut conscientiam
peccati nō habeamus, donec illa oblatio nostra est. Est
autem uostra, donec credimus eam esse perfectā pro-
totius mundi ab initio peccatis. hoc est quod in Hiero.
dicit: Peccatorum & iniquitatum eorum non recor-
dabor amplius. Porro concludit author, ubi peccato-
rum est remissio, nō est amplius oblatio pro peccato.
Vbi est ergo satisfactio illa papistica? Atq[ue] ad hoc spe-
ctant omnia que sequuntur.

Cum igitur fratres, &c.

Ista declarant nos esse sacerdotes, & pontifices in
Christo, &c.

Redeant aut uobis in memoriam.

Mitigat, ut supra cap. 6. monēs ne decidant à pros-
posita spe, propter quam multi passi sunt.

Vt ubi uoluntatē dei peregeritis.

De qua supra diximus. Nam & hic dicit, quod fidus
cia habet magnam præmij retributionem. Non dicit
opera legis, aut opera bona, quae sunt signa et fructus
fidei. Fidci uero crux adiuncta est: ideo ait, patientia
uobis opus est. Item, per pusillum temporis. Et hec
satis aperte declarabant, quod de defectione fidei su-
pera dixerit.